díci. ꝙ elephas eſt tante fortitudinis ꝙ ſuffi-
cit turrim ligneam cuꝫ armatis portare. Tan
te audacie ꝙ nullo clipeorum retardatur. nec
aliqua militum conſtipatione terretur. mirabi
liter tamen timet murem. Sic moraliter eſt de
multis qui ad operanduꝫ pro lucro vel gloria
tēporali inueniunt̄ fortiſſimi. ieiunant. tranſe-
unt mala. fatigantur ꝛ ſuſtentantur. ſed ad fa-
ciendam vnam penitentiam modicam pro pec
catis ſuis timēt. Iux̄ illud pſ̄. Trepidauerūt
timore vbi non erat timor. Illis omnibus ſua-
det euangeliſta. Luc. iij. Facite inquit dignos
fructus penitentie. Exemplo marie Magdale
ne. de qua dicit Greg. i omel. xxxiij. Quot ha
buit i ſe oblectamēta tot de ſe īuenit holocau-
ſta. Conuertit numerum ꝟtutum ad numeruꝫ
criminū vt totū ſeruiret deo in penitentia q̄c-
quid ex ſe contempſerat deū in culpa. Sicq; i
hac naue tranſfretauit in ciuitatem ſuam. que
non eget ſole nec luna vt luceant in ea. Sꝫ cla
ritas dei illuminat eam Apoc. xxj. In hoc ꝙ
dedit nobis exemplum vt nauem penitentie ex
his quattuor fabricataꝫ aſſeribus aſcendamꝰ
in ciuitatem celeſtem tranſfretamus.

De eadem dn̄ica. Sermo tertius.

Confide fili mi

remittuntur tibi peccata tua. Mat.
vbi ſupra. Dicunt naturales ꝛ videmus inter-
dū ꝑ experientiam ꝙ ſolem ꝛ ſuū radiū tria a no
bis ſubtrahūt. videlꝫ terra. nubes ꝛ luna. De
ꝑmo videmꝰ ꝙ cū terra interponit̄ inter aſpe-
ctū nr̄m ꝛ ſolē ſicut ꝯtingit ꝺ nocte tunc nō vi
demus ſolē nec eius radios. ſed manemꝰ omni
no in tenebris infra vmbrā terre. De ſcd̄o dic̄
dn̄s Ezech. xxxj. Solem nube tegā. De tertio
dicit autor ſpere materialis. Cū luna fuerit in
cauda vel capite draconis. vel ꝓpe vl̄ infra mē
tas i ꝯiunctione cū ſole. tūc corpꝰ lunare iter-
ponit̄ inter aſpectū noſtꝝ ꝛ corpus ſolare. vn
de obumbrabit ſolis claritateꝫ. ꝛ ita ſol patit̄
eclypſim. nō qꝛ deficiat a lumine. ſed quia de-
ficit nob̄ ꝓpter interpoſitionē lune inter aſpe-
ctum noſtꝝ ꝛ corpus ſolare. Spūaliter per ſo
lem intellige chriſtū. quia ſicut ſol radio inter-
miſſo in domū quantūcunq; ꝑus videatur pu
ra oſtendit eā habere pulueres q̄ tamen nō vi-
dentur niſi i radio. vt patꝫ i athamis. ita chri-
ſtus declarat domū ꝯſcientie i quocūq; homi-
ne quātumcūq; videat̄ honeſta habere copiaꝫ
magnā venialiū ſaltē peccatoꝝ. Quia quanto
magis aliquis grē diuine radium recipit. tāto
magis frequētius ſe ꝺ erroribus ꝓprijs repre
hendit. Sed iſtum veꝝ ſolē iuſticie tria ab ali-
quibus ſubtrahunt. Primū ē terra mūdialis
cupiditatis. qꝛ aliquoꝝ ſollicitudo ꝛ affectio
ad terram dirigit̄ ꝛ occidit eis ſol in meridie.
Dan. vij. Secūdū ē nubes temporalis vanita
tis. Quia aliq̄ ꝓpter dignitates ꝛ honores et
huiuſmodi. que ſunt quaſi nubes ignite que po
nūtur inter oculos ſuperboꝝ ꝛ ambitioſoruꝫ
ꝛ chriſtuꝫ verum ſolem ipſum videre non poſ-
ſunt. ſed in morte eum ſatis clare videbūt. non
ad gaudium ſed ad timorem ꝛ iudicium. Iux̄
illud. ij. Machab. j. Spiritus affuit quo ſol re
fulſit qui prius erat ſub nube. Tertiū eſt luna
carnalis voluptatis. Nā aliqui ita eſtuāt igne
carnalis voluptatꝭ ꝙ nō poſſunt videre ſolem
iocūditatiſ. Iux̄ illud pſ̄. Supercecidit ignis
ꝛ non viderunt ſoleꝫ. Et hoc ad preſens patu
it de ſupbis iudeorū phariſeis qui fuerunt cu
pidi. ambitioſi ꝛ voluptuoſi nō potuerāt vide
re verum ſolem chriſtum nec radium ſuoꝝ cla
riorum miraculorum ꝛ beneficiorum. Nā cuꝫ
hic diceret ad paralyticuꝫ. Confide fili remit
tuntur tibi peccata tua. quidaꝫ de ſuperbis di
xerunt intra ſe. Ecce blaſphemat. Et impoſue
runt chriſto vero ſoli blaſphemiā. ſicq; obſcu-
ratus in cordibus eorum in q̄bus mala de ipo
cogitabant. nec tamen deficit a lumine intelli
gentie quo ad alios qui cura indigebāt. Quia
dixit ad iſtum paralyticum. Surge tolle lectū
tuum ꝛ ambula in domū tuam vt narrat euan
gelium. in quo vſq; ad finem principaliter tria
tangunt̄. Primo chriſti ſana conſolatio ibi. cō
fide fili. Scd̄o rep̄hēſis ſcribis facta interroga-
tio. ibi. Vt quid cogitatis mala? Tertio popu
li ſubſecuta laudatio. ibi. Videntes. Quantuꝫ
ad ꝑmuꝫ tanguntur medici chriſti ſana cōſola
tio cū dicit. Cōfide fili. Pro quo notāduꝫ. cō-
fidentia vt dicit Hol. ſup li. Sap̄. lec. xxxv. tri
bus generibꝰ hoīuꝫ ē neceſſaria. videlꝫ dimicā
tibus. nauigantibꝰ ꝛ egrotantibꝰ. He eni tres
ꝯditiones nobis conueniunt ſi vitaꝫ ꝛ ſtatum
noſtrum penſemus. Sumus enī dimicātes cō-
tra tres hoſtes. videlicet carnē. mundū ꝛ dia-
bolū ꝯtinue ꝑlia ꝑliātes. qꝛ tales tres hoſtes
pugnāt ꝯtra nos duplici manu. vt ſ̄. F. xxj. B
ſi placet pōt ꝛ hic allegari. ꝓpt̄ qꝺ dixit dauid
in pſ̄. Multi bellātes aduerſuꝫ me. Et. j. Ma
chab. iiij. Non concupiſcatis ſpolia. quia bel-
lum contra vos eſt. Et quia pugnās i bello ſu-
mit ſecum ſcutum. ſic ꝛ nos ſumere debemꝰ fi-
dem que eſt ſcutuꝫ noſtrum. Eph. vj. In omni
bus ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis om
nia tela neq̄ſſimi ignea extinguere. In hoc ſcu
to fidei depictam debemus habere ꝟginē bea-
tam cū filio. Quia legitur in hiſtorijs britani

de artuno rege q̄ ĩ interiori parte ſcuti imagi
nem virginis beate habuit. quam in bello fati
gatꝰ aſpexit ipſe ꝛ vires recuperauit. Jſto mo-
do ſi nos in bellis vite preſentis triũphare ve
limus infra ſcutum fidei noſtre imaginem vir-
ginis deportemus. Hãc reſpiciamꝰ in eaqꝫ con
fidamus. qꝛ ab ea virtutes ꝛ vires recipiemus
Ad quod hortatur Ambroſius ꝺ̃ ſancta virgi
nitate ſic inquiens. Tanq̃ imago depicta vita
Marie ex qua velut ex ſpeculo refulget ſpes
caſtitatis ꝛ forma v̓tutis. hinc ſumatis exem
pla viuendi vbi tanq̃ in exemplari magiſteria
ſunt impreſſe. ꝓbabitis quid corrigere quid ef-
fugere quid tenere debeatis oſtendit. Narrat
Macrobiꝰ ꝺ̃ naturis lapiduꝫ ca. xxxv. q̄ vna
gemma que vocatur anthites habens infra ſe
naturaliter more pugnantis aliam gemmam.
Jſtã gẽmã natura ſuggerẽte auis q̃dã cogno-
ſcit. ꝛ eã in ſuo nido quãdo pullos ſuos habue
rit collocat ĩter pullos. ꝛ q̃diu ĩ nido ſuo fue-
rit nihil diſfortunij accedere pullis poſſit. Spi
ritualiter gemma iſta ſignificat Mariam. que
lapidem angularem chriſtum in ſe operãte ſpi
ritusancto concepit ꝛ portauit. Pater vero ce
leſtis nos tanq̃ pullos ſuos in nido militãtis
eccleſie modo fouet. Sed ne per inimicos no-
ſtros aliquod nobis nocumentuꝫ extrinſecus
inferatur gemmã iſtam Mariam in medio no
ſtrum poſuit. q̄ ſi eam deuote deferẽtes dilexe
rimus ab hoſtibus nos defendet. ꝛ ideo nos ĩ
armis noſtrarum virtutũ non confidamus. ſꝫ
ĩ iſtius virginis benedicte meritis in q̃ eſt om-
nis ſpes vite ꝛ virtutis Ecc̃i. xxiiij. De qua ex
poni poteſt illud Ecc̃i. iiij. Eos qui diligunt il
lam diligit deus. ꝛ qui audit illam iudicat gen
tes. ꝛ q̃ intuebitur eam permanebit cõfidens.
Secundo indigemus cõfidentia. quia ſumus
nauigãtes in ꝑiculo maris huius mũdi. Nau-
te enim ſi viderint imminere periculũ aut nau-
fragium adhuc confidentiam de ſalute ſua ha
bent cuꝫ poſſint intingere lignum aliquod vel
tabulam. aut ſi viderint maris ſtellam. De pri
mo dicit Sap̃. xiiij. Exiguo ligno credunt. id
eſt. confidunt homines in animas ſuas. id eſt.
vitam ſuam temporalẽ. ꝛ tranſeuntes mare ꝑ
ratem. id eſt. ꝑ nauem liberati ſunt. Spirituali
ter chriſtus dicitur exiguum. id ẽ. modicum li-
gnum. Modicum q̃dem propter humilitateꝫ.
Lignum ꝓpter fructus fertilitateꝫ. De eiꝰ mo-
dicitate dicit apoſtolus ad Heb. ij. Eum autẽ
qui modico q̃ angeli minoratus eſt. videlicet
ieſum chriſtuꝫ qui minoratus eſt plus q̃ ange
li in paſſione ſꝫm glo. videmus per paſſionem
mortis gloria ꝛ honore coronatuꝫ. Sed de hu
ius ligni fertilitate dicit pſ̃. Erit tanq̃ lignum
quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum
quod fructuꝫ ſuum dabit ĩ tempore ſuo. Jſtud
lignum cui cõfidere debemus animas noſtras
fuit plantatuꝫ in terra benedicta ĩ incarnatiõe
id eſt. in virgine glorioſa Maria. De qua pſ̃.
Benedixiſti domine terram tuam. Jlla terra ẽ
bona que bene culta eſt. ꝛ reddit fructuꝫ trice
ſimũ. ſexageſimũ ſiue centeſimuꝫ. Sed iſta eſt
multo melior ꝛ benedicta q̃ ſine labore vel cul
tura producit optimum fructum ꝛ infinite bo-
nitatis. Talis fuit beata virgo maria que ſine
nature ſubſidio genuit chriſtum. ideo bene di-
citur. Benedixiſti domine terram tuã. Et ſicut
lignum plantatum ĩ terra ſolidat terrã ex om-
ni parte per radices ſuas ꝛ cõſtringit ne deflu
at. Jta chriſtus plantatꝰ in virgine Maria ma
tre ſua eam ſolidauit virtutibus et gratijs. ſic
conſtrinxit q̄ nunq̃ diſſolui potuit per pecca-
tum. Jllud lignum chriſtꝰ videlicet primo ger
minauit in miraculoruꝫ operatione. Quando
enim lignum incipit germinare virtus que la-
tuit iuxta ligнuꝫ ſe oſtendit. Eodẽ modo v̓tus
que eſt in chriſto latuerat vſqꝫ ad tempus ſue
predicationis. tũc ſe oſtẽdit euidẽter in mira-
culoꝝ operatione. Quia dicit̃ Luc̃. iiij. Virtus
ꝺ̃ illo exibat ꝛ ſanabat omnes. Jdeo dixit dñs
Ezech. iij. Multiplicabo germẽ ꝛ fructũ. Se-
cundo iſtud ligнuꝫ fronduit in bona operatione
orãdo. ieiunando. itinerando. Quia Joh. iiij.
Jeſus fatigatus ex itinere ſedebat ſupra fon-
tem. Tertio floruit per fame diuulgationem.
Cant. j. Vinea mea floruit. Odor floris vinee
dicitur ſerpentes fugare. ideo bona fama chri
ſti fecit iudeos ſcandalizari Quarto folia pro
duxit ꝑ doctrine ſalubris ꝑ̃dicationẽ. Verba
enim ſunt ſicut folia. Nam folia ſunt ſonora. et
habent figuram lingue. Apoc̃. vlt̃. Folia ligni
ad ſanitatẽ gentium. Quinto produxit fructũ
in peccatoꝝ abſolutiõe aut remiſſione ſicut h̃
Confide fili remittunt̃ tibi peccata tua. Et in-
fra. Filiꝰ hois ptãteꝫ habet dimittendi pctã ĩ
terra. Sexto iſtud lignuꝫ fuit putatũ in paſſio
ne vt fructũ plꝰ afferat Cant̃. ij. Xp̃s putatio-
nis aduenit. Septimo iſto ligno fuit appodia
mentũ appoſitũ. Jux̃ illud Act̃. x. Quem occi
derunt ſuſpendentes ĩ ligno. q̃n xp̃s pctã nr̃a
portauit ĩ corpe ſuo ſuꝑ lignuꝫ cruci. Octauo
illud lignũ aruit ĩ morte. Jdeo dr̃ Ecc̃i. vj. Re
linquar v̓o lignũ aridum in heremo. Et in pſ̃.
Aruit tanq̃ teſta v̓tus mea. Nono illud lignũ
refloruit ĩ reſurrectione. qꝛ de ipſo ꝑ̃dixit Job
xiiij. Lignũ habet ſpem ſi preſciſum fuerit rur-
ſum vireſcit. ꝛ rami eius pullulant. Jdeo ipſe
met dixit in pſ̃. Refloruit caro mea. Decimo
vſqꝫ ad celuꝫ creuit videlicet in ſua aſcenſione

Iuxta illud pſ̄. Eleuata eſt magnificentia tua
ſuper celos. Et Ezech. Eleuata ē altitudo ſu=
per omnia religionis. Undecimo ⁊ vltimo ite
rum fructificauit in ſpiritusſancti miſſiōe. Iu=
xta illud Apoc̄. xxij. Ex vtraq; parte fluminis
lignum vite. id eſt. chriſtus. quia ſm̄ diuinita=
tem eſt vbiq; afferens fructus. xij. per menſes
ſingulos. id ē. eternaliter reddens fructū ſuū
⁊ folia. id eſt. verba ligni ad ſanitatem gentiū
Ecce peccator hō tale lignū eſt xp̄s cui ſecure
potes ꝯfidere aīaʒ tuam. quia lignū vite ē his
q̄ apprehēdunt eam videlʒ veram ſapientiam
chriſtum. Beatus videlicet eſt vel erit h̄ in ſpe
⁊ ibi in re. Prouer. iij. De ſecundo videlicʒ de
ſtella maris ſic ē. quia ſi viderint eā naute ſci=
unt dirigere iter ſuuʒ. Sed quādo ſic eſt ꝙ nec
ſolem nec lunam aut ſtellas videre poſſunt. de
ſalute deſperant. Iux̄ illud Act. xxvij. quod di
cit Lucas. Neq; ſole neq; ſideribus apparenti
bus. iam oblata eſt ſpes omnis ſalutis noſtre.
Moraliter ſi vitam noſtraʒ dirigere velim⁹ ad
portū ſaluti eterne ſtellam maris. id eſt. Ma=
riam poſt chriſtum attendamus continue ocu
lo cōfidentie ⁊ ſpei noſtre. Unde Bern̄. ſuper
miſſus eſt omel. ij. ꝓpe finem dicit. Maria ē p̄=
clara eximiaq; ſtella ſuper hoc mareq; magnū
⁊ ſpacioſum neceſſario ſubleuata. micās meri=
tis. illuſtrans exemplis. q̄ſq; te ītelligis in hu
ius ſeculi profluuio magis īter procellas ⁊ tē=
peſtates fluctuare q̄ꝫ per terraʒ ambulare. ne
auertas oculos a fulgoribus ſideris ſi nō vis
obrui procellis. Si inſurgunt venti temptatio
num. ſi incurris ſcopulos tribulationuʒ reſpi
ce ſtellam. inuoca Mariaʒ. Si iactaris ſuper
bie vndis. ſi ambitionis. ſi detractiōis. Si ira
cūdia. ſi auaricia. aut carnis illecebra nanicu
lam concuſſerit mentis reſpice ſtellaʒ. inuoca
Mariam. hec Bern̄. Porrigamus ergo ei p̄=
ces nr̄as cuʒ fiducia. dicentes illud Eſa. xlvij
Audi hoc delicata que ambulas confidenter.
Et licet virgo Maria hec oret continue nō ta
men continue pericula maris euadimus. Naʒ
chriſtus quarta vigilia noctis laborantib⁹ di=
ſcipulis venit ⁊ dixit Marc̄. vj. Cōfidite ego
ſum nolite timere. ⁊ aſcēdit ad illos in nauem
⁊ ceſſauit ventus. Tertia cōfidentia nobis ne
ceſſaria eſt quādo ſumus egrotantes. Multū
enī confert laboranti aliqua infirmitate ꝯfide
re ⁊ ſperare in medico ſuo ⁊ diligere medicū ⁊
ſperare ſalutem ſuam. Q̄ȯ autem ſpes ⁊ confi
dētia ȯ ſalute futura ſit infirmo neceſſaria pa=
tet per hec metra. Speret q̄ metuit morituros
viuere vidi. Spe duce victuros ſpe moriente
mori. Q̄ȯ vero amor ꝯfidentia ⁊ ſpes multuʒ
conferant egroto patet per quandam narrati
onem quam ponit Seneca li. iiij. narrationū ſi
ue declarationū declaratione q̄nta. vbi ponit̄
talis caſus. Quidam filium ſuuʒ abdicauit. id
ē. abdicatus ſtuduit medicine. Cōtigit patrē
grauiter infirmari redit filius iam fact⁹ medi=
cus ⁊ curauit patrem. Et facta cura reconcili=
atur patri. Accidit poſtea ꝙ vxor patris ⁊ no
uerca filij infirmitate conſimili laborauit q̄ la
borauit ante pater ſuus. Iubet̄ filius a p̄re cu
rare nouercam filius ſe excuſat. abdicat̄ ſecun
do. Pater ḡ accuſauit filiuʒ de eo ꝙ noluit q̄ȯ
ſciuit ⁊ poſſet curare nouercam. Q̄ȯ auteʒ ſci
uit ⁊ potuit hoc probatur. quia patrē curaue=
rat de morbo conſimili. Filius reſpondit ꝙ ne
ſcit an eam poſſit curare vel non. licet infirmi=
tate conſimili laboraret. Naʒ alterius ſpei cō
fidentieq; ⁊ amoris eſt pater ad filiū q̄ꝫ nouer=
ca. Cōfidētia enī ⁊ ſpes patris de filio fuit for
taſſis magna cauſa cure. Uñ ſubdit magiſter.
Magis ꝓdeſt egris q̄ꝫ ab eo curari a quo vo=
lunt. Moraliter ex quo ſum⁹ ex peccatis infir
mi. q̄z nullus poteſt dicere. Munduʒ ē cor me
um. purus ſum a peccato. Prouer. ij. Ideo ſū
me neceſſaria eſt nobis cōfidentia ⁊ ſpes tam
de habenda ſanitate q̄ꝫ ȯ medici chriſti bonita
te. quia quantumcunq; ſit infirmitas illa ſpiri
tualis magna de facili curabimur ſi cōfidimus
⁊ ſperamus In cuius figura hic chriſtus para
lytico hic ſignanter dixit. Cōfide fili remittun
tur tibi pctā tua. ſ. ꝑ me tanq̄ꝫ ꝑ veꝝ deum. q̄z
ſolus deus habet poteſtatē in terra dimittere
pctā. ⁊ hic dr̄ in euāgelio. Et Aug. in li. cōtra
Iulianū confirmat. Nemo inquit tollit pecca
tū niſi ſolus deus. Et beat⁹ Ambro. Ille enim
ſol⁹ dimittit pctā q̄ ſolus ꝓ peccatis mortu⁹ ē
⁊ nō ſolū tollit peccatū ſed etiā ſolus dimittit
debitum eterne mortis. vt deducit beat⁹ Aug⁹
ſuper iſto verbo pſ̄. xxxj. Quorum tecta ſunt
peccata. id ē. abolita ⁊ cooperta. Ex q̄b⁹ ver=
bis doctoꝝ cōcluditur ꝙ miniſter eccleſie cu=
iuſcunq; ſit ſtatus vel dignitatis vel conditiō=
nis ꝓprie loquēdo nec peccata remittit nec pe
nam. Sed di. quid ḡ faciunt miniſtri eccleſie q̄
bus cōmiſit deus poteſtateʒ abſoluendi a pec
catis. Ioh. xx. Quoꝝ remiſeritis pctā remit=
tunt̄ eis. ⁊ quoꝝ retinueritis retēta erūt. Ad
hoc dicunt doctores ꝙ licet ſacerdotes abſol
uant a peccatis. tamē multo aliter q̄ꝫ deus. nā
ſacerdotes ſic abſoluunt ꝙ ſolū indicāt ⁊ oſtē
dunt ī facie eccleſie homines abſolutos. ⁊ eis
a deo peccata remiſſa. Acōcordat magiſter ſen
ten. libro. iiij. diſ. xviij. ca. vj. Et talē poteſtatē
chriſtus ꝯtulit diſcipulis ⁊ eoꝝ ſucceſſoribus
vicʒ papis ⁊ epiſcopis. ⁊ cōmuniter oībus ſa
cerdotib⁹ abſoluēdi a peccati. Et ideo q̄ñ vere

iudicant homines ſolutos a peccatis oēs ſan-cti i glīa eorum abſolutionem approbant ⁊ cō firmant. Uñ Aug⁹ in li. de pe. Exponēs illud Mat. xvj. Quodcunq; ſolueris ſup terraʒ ⁊c. Dicit hoc eſt ergo deus ⁊ omnis celeſtꝫ militie ordines ⁊ omnes ſancti in gloria mea laudāt vobiſcum ⁊ confirmant quod ligatis ⁊ ſoluitꝫ Jdeo refert Ceſarius in dialogo ꝙ quedā mu lier concepit a ꝓprio filio ⁊ peperit filiū. Que contrita ſuper hoc peccato ⁊ cōfeſſa remiſſa ē ad papam. Que cum veniſſet ad Jnnocentiuʒ tertiū ſine omni pudore cum paruulo confite-batur publice peccata magna cum contritiōe dicēs. Peccaui cuʒ ꝓprio filio de quo concepi hunc filium. Uolens eaʒ papa ꝓbare ait. Re-uertere cras in tali habitu ī quo intraſti ad fili um tuū quādo peccaſti cum eo. At illa venit ī camiſia iterum clamans ꝓ venia. Papa conſi derans cordis ei⁹ amaritudinē dixit. Uade re miſſa ſunt tibi peccata tua. Audiens autē hoc vnus cardinalium contra papaʒ murmurauit ꝙ tam grande peccatum tam faciliter dimitte ret. Tunc ait papa. Si male egi. poſſideat me diabolus ⁊ torqueat. Si auteʒ bene poſſideat te ⁊ torqueat. Statim diabol⁹ poſſidebat car dinalem. ⁊ grauiter vexabat quouſq; papa ꝓ eius liberatione orauit. Ecce ꝙ deus ⁊ omnis
Z eius curia remiſſioneʒ eius approbauit. Jdeo confide o peccator remittunt̄ tibi peccata tua Propter enim defectuʒ ꝯfidentie Cayn ⁊ Ju-das incurabiles extiterūt ⁊ ꝺ miſericordia dei deſperauerunt. De Cayn habet̄ Gen. iiij. vbi ait. Maior ē iniqtas mea ꝙ̄ vt veniā merear. De Juda dicitur Matth. xxvij. Quia abijt et laqueo ſe ſuſpēdit. Et allegat̄ de pe. diſ. iij. Jn ter. ⁊. c. in ſalicibus. Jdeo dicī Aug. xxiij. q. v. c. Si nō habet. Judas plus peccauit deſperā do ꝙ̄ chriſtum tradendo. Jdeo debet ꝯfidere peccator ⁊ nullo mō deſperare. Quia deſpera tio valde diſplicet deo. qꝛ maximum pctm̄. qꝛ dicit Jſiđ. ꝺ ſum. bo. Deſperatio ē peior omni peccato. Et Aug. ſup Joh. Solū deſperatio-nis crimē ē qđ mederi nō poteſt. Propter qđ dicit Bern̄. O res ꝯfuſa. o res mēſtruoſa pec catorꝝ deſperantiū ꝺ dei miſericordia cuʒ oīa peccata originalia venialia ⁊ mortalia ab ori gine mūdi cōmiſſa diuine miſericordie cōpata ſint q̄ſi vna gutta aq̄ ꝯtra pelagus marꝫ toti⁹ hec ille. Cōfide ergo o peccator confide ī deo ⁊ ſpera corrigēdo peccata. quia ſm Bern̄. nul la eſt culpa q̄ non habeat veniam. Sed di. qs videt̄ ꝙ aliqua ſunt peccata que non remittūt̄ Quia dicit dñs Mat. xij. ⁊ Marc. iij. et Luc. xij. Qui peccauerit ī ſpiritūſanctū. nō remitte tur ei h neq; ī futuro. Que ḡ ſūt illa pctā dicit mgr̄ ſen. li. ij. diſ. xliij. c. j. Quidaʒ dicunt illud peccatum eſſe deſperationis vel obſtinationis Obſtinatio ē indurate in malicia mentis perti nacia per quam fit anima impenitens. Deſpe-ratio ē. qua quis penit⁹ diffidit de dei bonita te eſtimans ſuam maliciaʒ diuine bonitatꝫ ma gnitudinem excedere. Sicut Cayn qui dixit. Maior eſt iniquitas mea ⁊c. Utrūq; dicitur ī ſpiritūſanctuʒ. Quia ſpiritus eſt amor patris ⁊ filij ⁊ benignitas qua ſe inuicē ī nos diligunt que eſt tanta cui⁹ non eſt finis. Sed querit ma giſter. ca. ij. eiuſdeʒ diſtinctiōis. vtrum omnis obſtinatio mentis in malicia obdurate omniſ-q; obduratio ſit peccatum in ſpiritumſanctuʒ Et reſpondet ponēdo duas vias. Quidā inq̄t dicunt omnē deſperationē ⁊ obſtinationē pec-catū eſſe ī ſpiritūſanctū. ꝙ ſi aliquādo hoc pec catū remittit̄. qꝛ multi etiā obſtinatiſſimi ⁊ de-ſperatiſſimi ꝯuertūt̄ vt ait Aug. ſup illud pſ. lxvij. Cōuertā in ꝓfundū maris. i. eos q̄ erant deſperatiſſimi. ⁊ ibi. Mittit cryſtallū ſicut fru ſta panis. id ē. obſtinatos facit aliorū docto-res. Scđm iſtos peccatum illud dr̄ irremiſſibi le. nō quia aliquando nō remittit̄. ſed quia vix aut raro ⁊ difficulter dimittatur. Non eni ſol-uitur cryſtallus niſi vehemētis ſpiritus impe-tu. Alij vō tradunt nō quamlibet obſtinatiōeʒ vel deſperationē appellari pctm̄ in ſpiritūſan-ctum. ſed illaʒ tm̄ quā comitat̄ in pnia. Et ſm iſtos peccatū dr̄ irremiſſibile eo ꝙ nūꝙ̄ dimit-tat̄. Quia ſm Aug. hoc ſolū peccatū ſcʒ impe-nitentia veniā mereri nō pōt. Sed tamen ideʒ Aug. ꝺ vbis dñi ꝺ impenitētia q̄ ē blaſphemia ī ſpm̄ſanctū ſic ait. Jta impenitētia vel cor im penitens ꝙ̄diu q̄ſq; ī hac vita viuit aut carne nō pōt iudicari. De nullo eni deſperādū ꝙ̄diu patientia adducit ad penitentiaʒ. Paganus ē hodie. Judeus infidelis eſt hodie. heretic⁹ eſt hodie ſciſmaticus eſt hodie. Quid ſi cras am-plectatur catholicā pacem ⁊ ſequat̄ catholicā veritatē anteꝙ̄ finiant vitaʒ iſtam agant verā pniam ⁊ inueniant verā vitam in futuro. Noli te ergo ante temp⁹ iudicare queꝙ̄. hec Aug⁹. Quia vbi ſupra. c. iij. nō poteſt ſciri de aliquo vtruʒ peccauerit ad mortē vel ad ſpm̄ſctm̄ niſi cū ab hac vita diſceſſerit. vel niſi alicui ꝑ ſpm̄ ſanctum mirabiliter reuelatū fuerit.

Dñica. xx. poſt trini. Sermo p̄mus.

Nolite inebria ri vino in quo eſt luxuria. ad Eph. v Scđʒ naturales orex eſt piſcis habitans ī ma ri. ⁊ eſt adeo magn⁹ ꝙ vix poſſunt eū portare B